

personae includebantur honestae, quae etiam tempore meo moriebantur. De relictis per eas unum missale bonum procuravi et emi, sicque libenter capellam et redditus meliorassem, ut successores mei decenter victum et vestitum haberent, ideo ut sint memores mei et pro me Deum orent humiliter.

Costam unam de gigantibus ad capellam sancti Benedicti propter admirationem procuravi¹.

Universis pateat, quod ego Theodericus de Monte, rector capellae sancti Benedicti, pro perpetuo memoriale mei et meorum parentum subsequencia pro utilitate capellae et successorum procuravi.

Primo renovavi duas campanas, quae erant per negligentiam fractae et etiam unam fenestram vitream^a ad chorum capellae comparavi, ad quam imaginem sancti Benedicti depingere feci, nec non casulam unam cum aureis angelis et unum magnum psalterium sub propriis expensis et unum agrum unius mensurae pro capella, quae est sita iuxta Hoerde², emi. Sed dotem capellae, in qua traxi moram, meliorare non potui propter penuriam eleemosinarum. Quia tantum fui occupatus circa capellam et pertinentia ad servitum Dei et capellae, quod multotiens noctem insomnem duxi, saepius multum debilitavi. Sed multi boni homines sciunt et specialiter dominus Ioannes de Tolberinck³ miles, qui una^b nocte debebat semel circumire civitatem et monere vigilatores, ut essent vigiles et bene undique circumspicientes; cum venit ad portam orientalem ad dotem capellae sancti Benedicti, invenit me stare ante ianuam dotis et domum supra fossam^c dormientem. Qui cum servis suis habens compassionem mecum, duxit me ad dotem sancti Benedicti et me ad quietem posuit, quam videlicet passionem habui ex nimia occupatione, quam circa capellam et pertinentia ad capellam habui. Id propter hoc expono successoribus, ut mei memores libentius et diligentius in orationibus sint.

a) C 'venestram veterem'.

b) C 'uno mense'.

c) ABC in Klammern 'up dem graven'.

besessen zu haben, das später zusammen mit andern ihr gehörigen Besitzungen dem Dortmunder Gymnasium zugefallen ist. Vgl. Döring, Das Dortmunder Gymnasium S. 52.

1) Knochen von Walfischen und anderen grossen Thieren wurden bisweilen in den Vorhallen der Kirchen aufgehängt. Noch heute befinden sich solche zu Köln in der Kirche Maria im Kapitol. An solche ist auch hier wohl zu denken.

2) Bei Hörde lagen zwei Kapellen: die Marienkapelle, welche zur Burg gehörte (von Steinen, Westf. Gesch. IV, S. 300) und die S. Gorgonius Kapelle (ib. 356). Obige Angaben vermag ich nicht zu belegen.

3) Die Familie Tolberinck vermag ich nicht zu constatieren. Der Name scheint übrigens richtiger Tolnerinck zu sein, ist aber wahrscheinlich erfunden. Vgl. S. 548 nr. 1.